



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 19. Petit ac Abraham Deus, vt eâdem illi mensurâ refunderet, quâ dedisset Abraham: historia est vulgaris, sed spectata mysterijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

a Ho. 9. in Cant. b In cap. 7. Eccl. c 12. Con. sicut. cap. 45. d Ser. 69. e In ps. 17. Ps. 17. 26. Luc. ca. 6. 38.

Hoc est (inquiunt D. Greg. Nyssa. & D. Hiero. b. D. Clemens Papa. & D. Bernard. & D. Augustinus.) quod psallebat ille in Dei cognitione adeo promotus rex David: *Cum sancto sanctus eris, cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, & cum parvulo parvulus eris.* His concessis, hoc quod tu Deo facis, norma quaedam est & mensura eius, quod tibi faciet, quod si nosse desideras, quid sit quod tibi faciet Deus, tu vide, quid Deo facias. Sic enim prima veritas attestatur: *Eadem quippe mensura qua mensi fueris, remittetur tibi.* Quantum coniugio mysticam spectat Zachariae visionem, qua SS. Patres multifariam expendunt, Angelus Prophetam accedit, & ait, *attolle vates oculos: Et vide quid est hoc quod egredietur.* Videt a longe nescio quid, quod plene & distincte nequibat agnoscere, miratur spectru, & ad Angelu conuersus, eu interogat: quid est hoc Domine mihi? *Hec est* (respondet Angelus) *amphora egrediens.* Notant communiter Doctores, quod in Hebraeo legatur vox: *Epha*, vel *Ephi*, significans mensuram: itaque quod apparebat, hydria videbatur esse vel cantarus mensura liquidoru, velut olei, vini &c. quas dicimus metretas, eadmodum amphoras, vel medimnos, quadrantale, modius quibus arida, triticum, hordeum &c. metimur. Domine mi, rogat Propheta, quid mensura ista significat? Cui Angelus: *Hec est oculus eorum in uniuersa terra.* Cuiusmodi satis attedit Varabius, quod illa vox: *Oculus eorum*, in S. textu non tam indicet oculum eorum, quam oculum, qui conspiciat eos: *Hec est oculus eorum, id est oculus, qui videt eos, non quo vident, sed quo videntur.* q. d. en propheta, ubi figat suos Deus oculos in omnes illos, in illam amphoram. Asabieum hoc sonat. Non omittit nobis Salomon iudicare, quod Dominus oculos suos figat in corda mortalium: *Posuit oculus super corda illorum.* Qua ergo ratione dicit, quod illos defigat in amphoram? Divina correspondentia qua locus vnus S. Scripturae declarat alterum. Indubie super cor tuum oculos suos dirigit, attamen non qualicumque ratione, sed illud amphoram facit & mensuram, ut tibi reddat. Qua ratione & id quod ipse tribueris, hoc tibi intimat: *In qua mensura mensi fueris, remittetur tibi.*

Zach. ca. 5. s. VIII. Zachariae de amphora visio declaratur.

Eccl. ca. 17. 1.

L. de orat. Domin. orat. ult.

Ex his concludit, quod tu facis Deo mensura est eius, quod Deus tibi tecumque faciet, non in pretio & pondere eorum (inquiunt D. Greg. Nyssen.) certum etenim est, non tam valere ea, quae tu dicas Deo liberalis, quam illa valent quibus te Deus dicit liberalior, nam in illis haec est differentia, quae inter te & Deum esse reperitur:

sed in modo, quia eo modo, forma ac mensura, qua Deo liberalis occurreris, ut homo, illo patitur tibi liberalis occurret, ut Deus. Hinc tunc incipit altiora speculari intellectu (a) quo capias, cur Deus tecum agens ingrediatur perendum: sit autem haec illa ratio: siquidem eius intentio, ac finis hic est: ut tibi largiatur: ut autem tibi conferat, quod nolit tibi esse parcus, permittit eorum mensuram eius esse, quod ab illo praetenditur: nam qua mensura illi mensus fueris a te postulanti, eadem tibi, a se postulanti, optantique remittetur. Ipsum audi seipsum exponentem mensuram apud Isaiam: *Ponam in pondere iudicium, & cubitum mensuram.* (Septuaginta legunt) *& misericordiam in mensura.* Tali mensura tali modo tibi rependam, quo tu prior mihi erogasti, & in billace a te mihi concessum appendam, ut & altera parte reponam, quod tali respondet ponderi, & opera misericordiae, quae mei gratia feceris. haec dicit iustitiae ob dictas alio loco rationes: eorum erit ista mensura, quae tibi me praestituri esse pollicor: *Et misericordiam in mensura.* Hinc communiter, quocumque Deus dare proponit, petit, & quae plura dare praedestinat, eo plura praerogatur, si multa dare desiderat, multa pariter exposulat. Multa elemosynae multa penitentiae misericordiae, magna contritio & severa poenitentia, magna compensantur gratia, & integra remissione peccatorum, seruituti cordis desiderio, exitium Deus fauorem praedestinat caelestem, terrena bona & multa gaudens contemne, & multos in caelo thesauros gaudens obtinebis.

§. 19. Petit ab Abraham Deus, ut eadem illi mensuram refunderet, quam desisset Abraham: historia est vulgaris, sed spiritus mysticus.

Poster haec historia per praxim in multis historijs a Spiritu S. relata, praesertim ex illo contractu Abraham cum Deo, quem non sine grauiori causa describit Spiritus S. eaque tot & tam praeclearis distinctam circumstantijs ac mysterijs, ut, sicut paulo superius egimus, eas D. Chryl. subtili intellectus sui acumine diuisit, ferit. Intendit dare Deus Abraham, & in ipso tuo mundo, donum omnium sublimissimum, in quo quidquid videtur, nec oculos viderunt, nec aures audiverunt, nec cor potuit humanum inuaginari: Scilicet unigenitum suum: vult autem hunc illi Deus largiri, collat

largit, non ut ei seruiant omnes, sed ipse potius
 seruiat omnibus ipse vitam, ipse sang. mem. ipse
 tradat animam in redem. p. n. nostram. ipse
 pro nostra salute cruci confixus offeratur holo-
 caustum. Quis vidit, quis audivit unquam tale?
 Quis ingenio comprehendat, quod Rex quo nul-
 lino superet, vinctum sibi tradat in carcere solum,
 regnorum suorum heredem pro famuli viliissi-
 mi, & proditoris nefandissimi redemptione? Dei
 tantummodo hoc val. amor operati: *Sic Deus
 dil. xxi. mundum, ut filium suum unigenitum daret*
 & c. Munus igitur tantum collaturus, vocat A-
 braham, & ad primum colloquitur verbum, ad eum
 primo impetu sem exp. stultus adeo grauem &
 auidam ut meo iudicio, nullam vaquam ab ho-
 mine petierit ab orbe condito grauiorem, nempe,
 ut filium suum unigenitum Isaac offerret in
 holocaustum.

Est autem hæc historia adeo præclara, & pie-
 tatis laudata mysterijs vt Concilium secundum
 Nicenum quod septimum fuit generale tractas
 quat. tum ad deitatem acuant imagines san-
 ctorum, referat id quod D. Gregor. Nyssen (Cui
 totum concilium hoc in signi. & clamant ephe-
 to: *Pater Patrum*) sic seipso lateris maneam, se
 nuncquam sine lacrimarum effusione videre
 potuisse in agnem Abraham Isaac filium effe-
 rens. Idem de seipso testatur vir ille D. Basilij,
 & D. Hiero. laudibus commendatus D. Ephrem
 & D. Augustin. ait: *Est ita mirabilis, ut nullum*

Abraham cor a hincrandum sit tam obliuiscum, ut in se ali-
o Isaac, quando oblati pe. Verumtamen nescio quomodo,
264. T. 4. quotiescumque legitur, quasi tunc fiat, ita afficit
D. Avois, mentem audientium. Accessit igitur ad se Deus
Gen. 21. de Abraham amicum fidei probatissima: & ad pri-
mo. T. 10. mum verbum, exorditur à petendo, Abraham,

II. Domine: Offero tibi sacrificium. Placet
 Domine. Adhuc tibi mille oves, agni, boues, tan-
 ti pecora maiora & minora, omnia dicabit me
 nemo libentius. Non erit hoc de animalibus sa-
 crificium, sed de homine. Quod felix Domine,
 factumque sit. Sunt ibi greges Chananzorum,
 Pharseorū, Hethæorū & c. inu. meri. qui cum
 sint hominis tui hostes perduelles, non erit ab-
 solutum, illos hoc modo exterminare. Vide quot
 tibi velis immolari, notæ quippe tibi sunt vires
 brachij mei, diuino tuo toborati subsidio. Non
 hos exopto, sed de tua familia quempiam. Fiat
 & hoc Domine: & in hac mihi sat multi ser-
 uiant. Trecentos habeo ve nactos, inuenes ex-
 peditos, & ad qualibet stratagemata paratissi-
 mes. Non de populo isto solo sacrificium, sed
 ali, quis mihi tibi consanguineus offeratur. Nec

III. Attabe
 con. n. e.
 datur o-
 bid. etia.

hoc Domine recuso. Duo nati sunt mihi, tuo do-
 no, filij: vnus de ancilla Agar, Isaac, altera de
 coniuge charissima Sara Isaac, ille adeo defide-
 ratus, expectatus, & gratia tua datus
 singulari, ad afflictæ familie meæ solamen vi-
 nicum.

Firmet mihi persuasum, te illum non exoptare,
 cum illum mihi concesseris, de vita eius
 semper securum me præstans, incolumitate, per-
 quem & mea est extendenda familia, quam sicut
 stellas cæli, & maris arenas spondisti multi-
 plicandam: Hunc autem, inquit Dominus, offerri
 desidero. Quæ lancea cor vnquam hominis tam
 profundo lancinauit vulnere, vt verba hæc cor
 Abraham percussissent: inquit D. Grego. Nyssen. *Oyat. de*
 Hoc vos iudicæ, qui patres elis, & iostis, quæ-
 obs. u. Pab-
 tus sit parentem erga vnicum amor filium. Por-
 cheria.
 ro vt inconcusse vir obedientia, seruisque obse-
 quentissimus, se submitti aique: Domine cum
 hoc ita velis, illum sacerdoti tradam, qui illum
 in monte tibi sacrificet, vbi mei illum oculi
 non videant concrematum immolari. Nec hoc
 admittit: ipse factus immolans sacerdos, tu
 ipse victimam de aure ad aurem (a) iugulatu- (a) *De*
 rus, tu ipse ignem in altari extructurus: tu ipse *orja. de*
 eum in flammis, quibus totus abumatur mie-
 orja.
 cturus. sic, vt illi nec vnguit nec capillus super-
 sit incombustus. Hæc Domine nos, carum hæc
 nius ac animo permolestum, verum amen. fat
 extemplo: paratus sum, & hoc iplo momento
 mandatum exequi, vt eo citius tantis eripiat do-
 loris angustijs. Abiit hoc ait Dominus: sed per
 hæc tibi deserta longius proficiscendum, animo
 suspensio donec in montem quem tibi monstra-
 uero, peruenieris. Hæc omnia illi Deus his verbis
 voluit indicata: *Tolle filium tuum unigenitum, Gen. 22. 2.*
quem diligit Isaac, & vade in terram visionis, at-
que ibi offeres eum in holocaustum super vnam
montium, quem monstrauero tibi.

In huius historiae consideratione liberis velut
 hab. mis. aper. if. ne eloquentia campis SS. Patres (a) Ha-
 exspantur (a) dum nec syllabam præcepti do. *Gen. 22. 2.*
 mink. præterierit, quod ita diuina composuit *Gen. 22. 2.*
 eloquentia vt a cunctis tantis cor Patriarchæ trans-
 federet: *Vniquodque verbum* (inquit D. Chy. D. Chr.
 soft. *sciff. i. bat ad sanciantum animam iusti. Sin. Ho. 4. 7. in*
 gula perpendamus: *Tolle Abraham: volo tuis Gen. 22. 2.*
 ipse ma. abus. *Tolle: Filium tuum, non agnū, non IV.*
 ouem, non m. acum, non seruum, sed filium tuū: Singula
Vni. nitum, illum unigenitum ex Sara: Quam di- verba
 ligu. le in eum totus tuus collinat amor, spes, breuiter
 que posterit. *Et offeres: tu esto immolans sa. perstru-*
 cerdos, iugulatum holocaustum, in cineres guntur
 exurens,

IV. Singula
 verba
 breuiter
 perstru-

exurens, vt nihil reliqui superfit, & hoc quidem: *Super vnum montium &c.* montem ipse quaeritur, quem ego praesignaui; tibi que sum monstraturus. Quale tunc cor Abraham? Quis ad ima pervadet angustiarum eius, & dolorum profunda scrutabitur? Vt formax exarsit Babylonica, tot tamque voracibus incensa flammis, quot & qualia fuere verba quae aure percepit, vt miraculū dixeris, quod mille partibus eorum vi perculsum non diffunderetur: cum nec quidem talibus, sed multo minoribus quae locutus est Deus Hieremia, ipse corruerit, vt & cor illi scinderetur, nec pedibus firmus valeret consistere: *Factus est sermo Domini, quasi ignis clausus in ossibus meis, & defeci ferro non sustinens.* Nihil horum alicui manifestavit & licet D. Gregorius Nyssen. credat, quod illa vxori Saræ communicavit vt eam tanti meriti redderet participem, quantum ex illo sperabat actū prouenturum, at tamen communis habet opinio, quod ne vel verbum illi reuelarit. Ita scribit Iosephus & asserit D. Chrysostomus: *Nemini prorsus hoc significauit, elaboratē probat D. Ephrem Syrus: Ne vxori quidem de hac re quidpiam dixit: neque enim tantum putauit formam in consilium adhibere, quibus enim lamentis Sara non esset visa, vel erga filium ipsum, vel erga patrem? Quomodo non ardeat complexa ad se retraxisset &c.* Vos iudicate matres, quibus vnicus tantum filius, cordis vestri iubilum, si vobis maritus Dei praecceptum de eadendo, & immolando filium indicaret. Considera monet D. Chrysostomus, quoniam tunc cogitationes cor Abraham pulsarint, qui cruciatus animam eius attorserint, quod bellum Dei filique amor in visceribus eius excitavit: *Consideres &c.*

Hierem. c. 20. 9.

Orat. cita.

V.

Abraham

nihil de

his Saræ

reuelavit

l. 1. Anti-

quit. c. 22.

D. CHR.

Ho. 47. in

Gen.

D. CHR.] Cogitet velim sic Abrahamum D Chrysto.

Ho. 1. in 2 considerat) quot non aduersus eum tunc cogita-

ad Corint. tiones insurrexerint: neque enim bastarum cuspides

in morali. tam horrenda sunt, cum à multis militibus subri-

Tom. 4. guntur, quantum formidabiles, illa cogitationes. Nul-

la hasta tam acuta esse queat, quam cogitationum

illarum aculei, qui ab intimis visceribus acuebantur.

Augebatur animae dolor, nec loqui ad solamen

permitterebatur, vt dicebat ille amicus & cō-

Sob. c. 32. solator Iob: *Loquar & respirabo paululum.* Sed

20. eū illi cor esset velut campus formatus, in quo

VI. cogitationes variae & discursus se inuicem im-

Abraham pugnant, quam possint crudelissime. Tollit filiū

cum filio suum, duos secum assumit seruos & asinum, iter

proficitur. aggreditur: per inuia & solitaria penetrat deser-

ta: & ad primum ingressum, fasciculum colligit

ligporum in sacrificium, cuius ligula singula sui

doloris ignem multo vehementius incendebo, asino ferendum imponit onus, & iam triduo iuenerans perseuera. Heu Domine mi, quam longum martyrium? Quales cor eius premunt angustiae: Quis illi bene sapit cibum? Quis illi somnus, quo noctu non requiescit, sed viuis doloris representationibus excitatus inuertitur? Post triduum iueneris laborem ait illi Dominus: vides illum illic à longe montem ceteris altiorum? Ad eius accede pedem, ibi seruos re linque & asinum struem accipe ligorum, quam haecenus asinus vexerat, & humeris filij tui ferentia impone. Ipse vero vna portat manu gladium & ignem altera sicque pariter montis acclue ascendunt. Iam montis vertici appropinquant, & atollens filius oculos ad patrem, sic cum affatur: *Pater mi. O mucro sanctissime, sanctissimi cor transfuerberans senioris: Cui Pater. Quid vis filij mi, dimidium animae meae? Quantum ex his coniecio sacrificari pergitur, & cum iam ligula gladium, & ignem a Iheram sacrificio: ubi est litanda victima? Stupescit D. Chrysostomus, non in mille partes cor Abraham lacera-ri, vel ad minus qui cor habuerit, quo filio responderet, non copiosis obrutus lacrimis sed sereno vultu, sicque oculis, quasi viscera haberet aerea, vel cor adamantinum: *Quasi adamas manebat inuictus.* Respondit: *Fili mi. lumen oculorum meorum: Dominus prouidebit tibi vitam holocaustis filij mi.* Ad montem igitur vt pervenere fastigium, senex seipso robustior brachia sua corroborat, saxa, quae ibi sparsa iacebant: maiora colligit, inde altare componit, ligporum struem superponit: & ad filium conuersus sic fatur: *Fili mi, viscera animae meae, tu debes immolari, tu victima Deo litanda, ego Sacerdos ego victimam immolaturus, ego tibi his vitam manibus erepturus, ego sanguinem tuum suffurus, ego tibi caput ablaturus. ego mortuum crematurus, ego hoc in altari te Deo consecraturus: sic Deus praecipit, perfer & obdura. Si si dem mireris Abraham, & Isaac quoque admitteris obedientiam, qui mox vt audiuit, hanc esse Dei voluntatem, se humilis submitit & offert libentissime: dicens: ter felix ego, quem Deus acceptare dignatur in sacrificium, o me beatum, qui vitam in eius profundere mereat obsequium.**

Quam stricte filij pater complectitur? Quam se promptus subijcit patri filius? licet filio in memoriam adduceret matris angustias, quando nosset filium extinctum, patri que manibus Isaac ob Deo consecratum? Ligari non abnuic iuuenis possit ad sanctissim. sacrificiū.

sanctissimus, nec in altari struem superimponi
 signorum; colli nuda gladio submitit, inhectit
 cervicem; stringit gladium pater, sinistram ca-
 piti imponit adolescentis, feruens dexterum at-
 tollit brachium, vt tanto libret ictum impetu
 fortiori. O quale spectaculum? Quæ non in
 veriusque hæc corde peracta? de his sic D.
 Ephrem: *Quotiescumque huius pueri contem-
 platus sum: in agnitionem, nunquam sine lachri-
 mis præterire potui. O fidem patris? o prolis
 obedientiam; vt nescias de quo amplius obstu-
 pescas. Tandem ictum librat, accurrit Deus horâ
 illâ durissimâ. Abraham, Abraham! Abraham
 Abraham! Quis me vocat? Ego Dominus: con-
 trahere manum tuam: Permetipsum iuravi, dicit
 Dominus: quia fecisti hæc rem, & non peper-
 cisti vnigenito filio tuo propter me &c. benedi-
 cam tibi &c. In semine tuo benedicentur omnes
 gentes q. d. vt rem expendit D. Apostolus.
 Permetipsum iuravi, tibi meum dabo filium, vt
 tuus sit, vt ex semine tuo & generatione carnem
 sumat, per quem æternam gratiæ & gloriæ bene-
 dictionem consequentur, quicumque per fidem
 filij tui esse meruerint. Hic recipit Abraham fa-
 uorem illum & gratiam, quâ cor eius abundantio-
 ri delibutum est gaudio, intelligens quod Deus
 suum illi filium daret sacrificandum, quam ante
 fuerat dolore contristatum, dum proprium daret
 filium Deo sacrificandum: momento namque
 temporis de summo dolore ad summum transijt
 gaudium: & qui prius erat offerens, iam ipse
 est abundanter cumulatusque recipiens, & hoc
 tunc contigit, quod Christus postmodum dixit:
 Abraham vidit diem meum, vidit & gauisus est.
 Mirabiles expendit D. Chrysol. Dei altitias:
 Aspicias illius quis agnouit? Quid Deus inten-
 debat? Dare Abraham filium suum, & per ipsum
 toti mundo, donum hoc quod nullum mundus re-
 cepit eminentius, in quo quidquid est boni, con-
 cluditur: Erat filium suum pro nobis daturus.
 Vt autem illum tradat, petit, & quia illum dare
 Deus vt statuerat, quod nullus illi charior, quem vnice
 diligebat, postulat ab Abraham id, quod nihil illi
 pretiosius, quod tenerime diligebat. Et quia illi
 filium suum dare disponebat vnigenitum, & ab
 illo filium requirit vnigenitum; vt der Abraham,
 petit ab Abraham, & velut speculum clarissi-
 mum se illi directe opponit, quia illud ipsum
 æquus est Deus, & hoc in ipso resurgit, quod
 fecerat Abraham. Hoc credo indicasse Aposto-
 lum verbis illis obscurioribus, quæ dixit hoc
 Abraham expendens facinus: *Accepit eum in*
*Hieron. Bapt. de Lanuz. 2. Tom. 11.**

parabolam. Trinitus notum est, quod vox pa-
 rabola propriè significet exemplar vel similitu-
 dinem. Accepit eum Deus in exemplar sui ac
 similitudinem. Quid innuis? forsitan Deus
 hominem capit vt exemplar eius, quod homini-
 bus est præliturus? Hominis est, Deum sibi vt
 normam & exemplar præstitueret, ad cuius simi-
 litudinem operetur: vt S. monet Scriptura, do-
 cet Theologia, suadetque ratio. Quid indicas?
Accepit eum in parabolam?
 Hoc quod dicimus, quod Deus aliquid volens
 in gratiam hominis facere, vult vt prius homo
 aliquid faciat in gratiam sui, vt eo modo forma-
 que procedat Deus, quod homo factus Deo pa-
 rabola primò processit. Et quoad licetam sit
 illud, atteade, quod eâ formâ, eâque normâ, quâ
 Abraham cum Deo egit egit & Deus cum Abra-
 ham. Expende id quod Abraham fecit, & verba
 quibus illum Deus affatur: *Quia fecisti hæc
 rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter
 me.* Tu mihi eum tradidisti filium, & ego tibi
 meum tradam; tu vnigenitum tuum ex Sara,
 ego mihi in mea natura vnigenitum; tu filium
 tibi charissimum: *Quem diligis, ego ipsum, in
 quem totus meus amor comprehenditur: Hic
 est filius meus dilectus, in quo mihi bene compla-
 cui.* Tu illum, qui gloria tua, familiaris læticia,
 gaudium domesticorum: ego illum, qui est
 gloria mea, beatorum omnium regnorumque
 meorum æterna felicitas, Tu filij tui vitæ, Non
 pepercisti, propter me, nec ego filij mei vitæ pa-
 cam propter te: *Qui proprio filio non pepercit.*
 Confer illud Abraham: *Non pepercisti,* cum illo
 Dei: *Non pepercit.* Tu ipse filium tuum tulisti,
 vt eum morti traderes, & ego filium meum tol-
 lam tradamque in mortem, & dicetur: *Propter
 scelus populi mei percussisti eum.* Tu ligna ferenda
 filio imposuisti, ego peccata, vera ligna filio im-
 ponam baiulanda, quibus æternum excitarur in-
 cendium, *Deus posuit in eo, iniquitatem omnium
 nostrorum.* Tu ille, qui huic operi iunxisti gladium
 & ignem, ambabus onustus manibus: vt trum-
 que namque sacrificium exigebat. Ego ipse ero,
 qui misericordiam sociabo iustitiæ, qui hoc effi-
 ciam opus, ex vna parte amoris igni & miseri-
 cordiæ satisfaciendo; & ex altera rigori iu-
 stitiæ.
 O Sacramenta! o mysteria? Obuiare sibi vi-
 dentur seque mutuo complecti misericordia &
 iustitia, quod si gratuito hominis peccatum re-
 mitteretur, iustitiæ non esset satisfactum. Si iu-
 stitiæ rigor seruetur ex debito, vbi misericordia?

XII. Nos Dei sumus parabola.

XIII. Cōfertur Dei donum cum Abraham.

XIV. Ignis & gladius misericordia & iustitia.

Obuiare sibi videntur seque mutuo complecti misericordia & iustitia, quod si gratuito hominis peccatum remitteretur, iustitiæ non esset satisfactum. Si iustitiæ rigor seruetur ex debito, vbi misericordia?

H h h h Auho



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XV.
Isaac si
gura
Christi.

Matt. 26
39.

XVI.
Tentat
Deus, &
tētat dia-
bolus.

Serm. 72.
de temp.
cap. 3. 1.
Thessal.
c. 3. 1.

Ioan. 5. 6.

D. CHR.

Apul. Lip.
p. Gen.
cap. 22.

Ambo connectam, amoris ignem quo summam homini præstabo misericordiam & rigorose gladium iusticie, qui in filium meum stringetur. Christum meditare in horto coram æterno Patre genuflexum & cernuum, velut Isaac ante Abraham in altari sacrificiorum, quæ Isaac cum patre rationes, & quæ Christi cum æterno Patre? *Pater mi*, inquit Isaac: *Pater mi*, inquit Christus, Angustias patitur, & mortis agoniam Isaac, eisdem & patitur Christus, quibus usque ad sudorem premitur sanguineum. Porro tandem se Isaac submitit, humilisque obedit patris voluntati, & Christus Patris sui subditur voluntati: *Veruntamen non mea sed tua voluntas fiat*. Quid tibi de his diuinis videatur inuentionibus? Hic attende, quis suis Dei petitionis ab Abraham, eo scilicet illimodo redde- re, quo sibi Abraham dedisset, vt esset Abraham exemplar in forma dandi, siquidem in munere fuerit differentia, qualis Abraham ad Deum, & Isaac ad Christum.

Hinc colligimus cum D. Augustino priorum verborum declarationem, quæ hanc Spiritus S. orditur historiam: *Tentauit Deus Abraham*. O Domine quid hoc (querit D. Augustinus) & tentat Deus? Nonne hoc proprium demonis officium, de quo D. Paulus: *Is qui tentat*. Tentat diabolus, tentat & Deus: diabolus vt proster- nat & perdat, Deus vt viam suis aperiat misericordijs, vt eas ædificet, sicut tu mentam tentas, quando pondus illi proponis imponere. Nonne tibi venit in mentem, quod Christu. Philippum tentauerit, dum illum sic interrogat: *Vnde ememus panem?* Euangelista testatur hoc Ioannes: *Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat, quid esset facturum*. Idem igitur de Abraham intellige, quem Deus tentauit, vt hinc illi portam reseraret, & viam sterneret, quod æternam suam, vnde & hic sic dicitur, cum D. Chrysostomo: *Tentauit Deus Abraham, ipse sciebat quid esset facturum*. Nouerat & iam dispoſuerat donum illi dare omnium maximum, vult illum ad hoc petendo disponere, vt dum Abraham Deo tribuit, quod ab ipso postulabat, tribuat hoc illi Deus, quod ille dare dispoſuerat.

Idem proposito nostro congruè declarat Eucherius Episcopus Lugdunenſis vltima verba Abraham, dum finem huius vidit representationis felicissimum: *In monte Dominus videbit, q. d. fit Deus de tali misericordia benedictus, qui visio illò quod ego hoc in monte peregi, ad illud meum*

exemplar, videbit quid in monte sic acturus Caluarie, tradens filium suum pro me sacrificandum: sicut vidit, quod ego hoc in monte feci, dans illi meum, sic faciet ipse, dans mihi suum. Ex hac doctrina si quid sapio, quædam verba de- clarari possunt Salomonis. Cata ogum inscribit, & exorsus ab ijs quæ in nostro protoplaſte contigerunt Adam, vsque ad tempora Abelis & Noë, prosequitur ea quibus Deus Abraham Patriarcham honorauit: *Hæc in cor- sensu nequitia cum se nationes contulissent finit iustum & conseruauit sine querela Deo*. Cum peractio filij misericordia sortem custodiat. Cum peractio diluuii in vnum conuenissent varie ille nationes, & in superbam illam nimis ac sacrilegam conspi- rasse cogitatioem, contra Deum turrim eri- gerendi Babylonicam, consilium cogentes, quæ meliori possent ratione Deo præualere, vt licet illos punire decerneret vel altero diluuii, vel ignibus, non posset, vt scripsit Iosephus: insuper qua ratione exilium scandere Deum oppugna- tur, vt credit D. Augustinus. Hoc est: *In cor- sensu nequitia, cum se nationes contulissent*. Quæ cum Deus pudore sustulisset, per totum mundum oberrant & varias & horrendas susceperunt idololatrias.

Diuina sapientia sanctum iustumque elegit Abraham, hoc est: *Sciuit iustum*, quia vt notat D. Gregorius in S. Scriptura, sicut nescire Deum est aliquem reprobare, quocirca factus respon- dit sponsus virginibus: *Nescio vos*, ita scire, est aliquem prædestinare, præeligere, approbare. Alia lectio habet: *Inuenit iustum*. Sicut enim tempore Noë, quando omnis caro corruperat viam suam, dixerat Deus Noë: *Te vidi iustum coram me*, illi que elegit, vt eius posteri num- dum conseruarent, ita similiter eo tempore quo cunctæ nationes in varias labebantur idololatrias, elegit Abraham, & eius nepotes, vt in ipse facta rectaque seruetur vera religio, quam ita cultu diuinitate, & ad amulsum in omnibus, vt nihil inquam commiserit, quo Deus de ipso quereretur: *Conseruauit illum sine querela Deo*.

Id eteni quod aliqui dicere voluerunt, quod Abraham quodam tempore fuerit idolola- tra, absit vt credam, sed nec secutum assensum. Cum enim tantus fuerit Dei seruus & amicus, cuius adeo viua fuit fides, eminentique sanctitas, caelesti Deus illum præuenit misericor- dia, in hoc quod illi filium suum præcepit immolare.

XVIII. Quam
miseri
cordia
Dei
Abrahæ
fecerat.
immolare eumque diuinâ & heroicâ roborauit
fortitudine, qua Dei præceptum & intrepidus &
fidelis exequeretur, hoc est: *In filij misericor-*
dia fortem custodiuit. Verba sunt hæc mysterio-
sa quod dedit illi fortitudinem ad actum tam
generosum quo filium suum & iugularet, & Deo
sacrificaret. Satis hoc capio, quod in tota natura
vires non faulenti, quibus pater adeo laborare-
tur, ut filij sui, & talis quidem filij carnifex
esset, & tam excellentibus ac præclaris actibus
fidelis, nisi celesti suo deus illum fauore con-
forasset. Porro, in hoc quod illi Deus præcepit
quod fecerit illi misericordiam, vix capio,
quia in illo opere, ipse Abraham hoc Dei gra-
tia faciebat, & hoc ab illo Deo requirebat,
ut eius amore faceret, vnicuique suum im-
molaret. Sic est, non ab uno: verumtamen li-
cet quidem hoc Abraham fecerit propter
deum, suum illi litando filium, plura fecit Deus
propter Abraham, filium suum ab illo requiren-
do, fuitque hæc petitio, quædam ineffabilis mi-
sericordia: quâ illum ditare voluit, & cæteris
hominibus altius extollere: siquidem deo pe-
tente ab Abraham vniuentum suum, non hoc
intendit, ut illum à patre scilicet, nec il-
lum petijt, ut auferret, sed ut illi deum suum
traderet, & hæc est misericordia omnes supe-
rans misericordias & gratia cunctis gratijs ex-
cellentior, & donum quod nullum eminentius:
quia quod à te te ipsum roget Deus, misericor-
dia Dei est, non enim postulat Deus vilius, quod
à te requirit, indigus, sed ut seipsum tibi det,
suisque cumulet abundantè misericordijs. Quando
mendicus ad te festinat, & in ipso Deus à te
quirit elemosynam, non exiguam tibi Deus
præstat misericordiam: etenim nihil primariò
intendit quam tibi tribuere & hæc prima est mi-
sericordia quod tibi fidem infundat, qua Chri-
stum in paupere conueniens, & tibi conferat
robor, quod tribuas effusa manu quod tu vel
maximi facis, primòque loco ducis, ut Abra-
ham vniuentum.

§. 20. In David, Lot & alijs ostendit Deus,
quod ea tibi reddet mensura, qua tu illi de-
deris: & petijt ab hac muliere potum sicut
Eliezer à Rebecca.

Hæc est Dei astutia, Dei amentio, eo
sine perit, & vult ei tribuas, eadem
namque mensurâ, qua tu prior illi

erogaueris, reddet tibi. Et quo modo tu cum
illo egeris, aget & tecum. Vtilis est hæc
materia, sunt quoque & exempla, quæ de
hac in Sacris litteris legimos quam plurima,
quæ nobis ex mente D. Augustini summo sunt
studio ponderanda, præsertim illud quod D.
Gregor. In prologo super libros Regum trutin-
at ex historijs librorum Regum. Sæpius ex-
pendit illud Davidis cum Deo, cuius historiam
ita narrat exactè & non vel minimis omisis
circumstantijs Spiritus S. ut iudicio sit, in illa
quam plurima nobis salutis documenta:
cum liquidò constet, illum scribendis non te-
rere tempus otiosis aut inutilibus: & hæc est D.
Chrystostomi regula: *Nihil est in diuinis literis
temere & absque causa positum, etiam verbum;
quod fortuitum videri posset, magnum thesau-
rum in se latentem continet. Vnde nequid dictio
parua, necue syllaba una est prætereunda: non
enim verba qualiacumque, sed Spiritus S. sunt
verba.* Creauit Deus David regem, & transactis
multis bellorum tumultibus, tandem pacificam
illi concessit regnorum possessionem, subiectis
sibi cunctis inimicis, ut Deo carmen hoc ceci-
nerit gratiarum: *Benedictus Dominus Deus meus,
qui sublit populum meum sub me.* Iam pace
tranquillus, & regia clarus celsitudine, lectulo
dormiens, subito expergiscitur, & mente cæpit
attenta somnia recolere beneficia à diuina manu
recepta, quodque suaderet æquitas, Deo simili-
bus quantum par erat responderet obsequij. Ad-
huc Deus nullo particulari templo colebatur, aut
domo, vbi diuina requiesceret arca, vbi sacrificia
ex lege præscripta litarentur, sed per domos va-
gabatur alienas, & mutatas, modò in Siph, mo-
dò in adibus Obededam, modò in ipso Davidis
palatio, hæc ergo cogitat. Ita mihi faueat Deus,
ego domum inhabito magnificam & regali se-
deo palatio, Deus autem nullam habeat sibi do-
mum propriam, sed in mutata debeat viuere,
quis mei similis hoc ferat? Statutum est, ædifi-
cabo illi templum superbum & opulèntum, si non
pro tanti Domini dignitate, saltem pro meæ po-
testatis exiguitate.

Proh quam hoc pium tibi foret exercitium,
si quoties noctibus enigillas, mentem tuâ paulu-
lum attolleres, & præclara à Deo recepta rumi-
nares beneficia, & quam parum gratus illi res-
ponderis, & plus iusto fore quod responderes illi
operibus in eius præstitis obsequium, elemosy-
nis, redemptione pauperum, subsidio xenodo-
chiorum, morum correctione, debito seruitio;
hoc

Lib. 3. de
doctrina
Christi
à c. 12.
vsque ad
10.

D. CHR.
Hom. 10.
14. 15. 18.
Gen.
Tom. 1.
I.
Nihil in
S. pagina
temere
scriptum.
Ps 143. 2.
II.

David
Dei gra-
tus bene-
ficijs cõ-
plũ gdi-
care co-
gitat.

III.
Asserens
rependit
gratiam
Mardo-
chæo.

H h h h 2